

## Leuiticus

50

**L**ocutusque est dominus ad moysen dicens: Quia que peccauerit. et contempto domino negauerit. primo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat. vel vi aliquid extorsit. aut calumniam fecerit. si ueram predictam inuenerit. et inficians in superbia peierauerit. et quotlibet aliud et pluribus fecerit in quibus solent peccare homines. conuicta delicti. reddet omnia que per fraudem uoluit obtinere in tegra. et quintam in superbia domino cui datum intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege. et dabit eum sacerdoti iuxta estimationem mensuramque delicti: qui rogabit pro eo coram domino. et dimittetur illi pro singulis que faciendo peccauit. Locutusque est dominus ad moysen dicens: Precipe aaron et filiis eius. Hec est lex holocausti: Cremabitur in altari tora nocte usque mane. Ignis ex eodem altari erit. Vestis tunica sacerdos et feminalibus lineis: tollentur cineres quos uolans ignis exussit. et ponens iuxta altare spoliabitur prioribus vestimentis. indurumque alijs effertur eos extra castra. et in loco mundissimo usque ad uillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit quem nutriet sacerdos. subiciens ligna mane pro singulos dies et imposito holocausto desuper. adipem adolebit pacificorum. Ignis est iste perpetuus: qui nunquam deficiet in altari. Hec est lex sacrificij et libamentorum que offerent filij aaron coram domino et coram altari. Tollat sacerdos pugillum simile que conspersa est oleo. et totum thus quod super similia est: adolebitque illud in altari. in monumentum odoris suauissimi domino. Reliquam autem partem simile comedit aaron cum filiis suis absque fermento. et comedit in loco sanctuario tabernaculi. Non autem non fermentabitur. quia pars eius in domino offertur incensum. Sanctum sanctorum erit sicut pro peccato atque delicto. Oves tantum stirpis aaron comedent

illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus uestris de sacrificijs domini. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. Locutusque est dominus ad moysen dicens: Hec est oblatio aaron et filiorum eius quam offerre debent domino in die uocationis sue: Decimam partem episcopi offerent simile in sacrificio sempiterno. Medium eius mane et medium eius uespere: que in sarragine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui iure patri successerit: Et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur: nec quisquam comedit ex eo. Locutus est autem dominus ad moysen dicens: Loquere aaron et filiis eius: Ista est lex hostie pro peccato. In loco ubi offertur holocaustum: immolabitur coram domino. Sanctum sanctorum est. sacerdos qui offert comedit eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius sanctificabit. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa lauabit in loco sancto. Uas autem fictile in quo cocta est confringet. Si uas eneum fuerit. defricabit et lauabit aqua. Si masculus de genere sacerdotali uescet de carnibus eius: quia sanctum sanctorum est. Hostia enim que ceditur pro peccato. cuius sanguis inferretur in tabernaculum testimonij ad expiationem in sanctuario: non comeditur. sed comburetur igni.

## CVII

**H**ec quoque est lex hostie pro delicto: Sancta sanctorum est. Idcirco ubi immolabitur holocaustum: mactabitur et uictima pro delicto. Sanguis eius pro gutturi altaris fundetur. Offeret ex ea caudam et adipem qui operit uitalia: duos renunculos et pinguedinem que iuxta illos est. renunculumque iecoris cum renunculis: et adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est domini pro delicto. Si masculus de genere sacerdotali genere in loco sancto uescet his carnibus: quia sanctum sanctorum est. Sic pro peccato offeret hostia: ita et pro delicto. **CVIII**